Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



4

patres iterum colere beatam pfessionem tuā quia unū
confessus es dm̄ patrem. Nec natura pmittit nec natura
fert ut unus homo plures habeat patres. Si iudeus xp̄m
dī filiū credere dissuadet. sit tibi tamquā hostis aut impug
nandus si tanta tibi est scientia scripturarū. aut certe
deuitandus. si exercitatio deest. Si eque ereticus sub
nomine xp̄iano. aut xp̄m tibi creaturam tradat. Aut sp̄m
sc̄m alienū ēē a patris et filii gl̄a psuadeat. sit tibi tamq
ethnicus et publicanus. Qui te ad idolatriam deducit. cū
creaturam colere psuadet. Et cū te questionib̄ tortuosi
nititur implicare. recurre ad murū fidei tue et dic sc̄dm
apl̄m. Ego ablutus sum ego sc̄ificatus sum. Ego iustificat̄
sum. in nomine dn̄i ih̄u xp̄i. et in sp̄u dī mei. Nichil de hac
trinitatis pfessione mutabo. nec saluti mee dampnū. et fi
dei faciam detrimētū. Post pfessionē beate trinitatis iā
pfiteris te credere sc̄e ecc̄le catholice. Ecc̄la quid ē aliud
quā sc̄or̄ omniū congregatio. Ab exordio enī sc̄li siue
patriarche abraham et isaac et iacob. siue pphete. siue
apl̄i. siue martyres. siue ceteri iusti qui fuerunt. qui s̄.
qui erunt. una ecc̄la s̄. Quia una fide et conuersatione.
et uno sp̄u signati. unū corpus effecti s̄. Cui corporis ca
put xp̄c ēē phibetur. vt scriptū ē. ad huc amplius dico.
et iā angeli. et iā uirtutes et potestates supne in hac de
putantur. Cum in principio creasset ds̄ celū et terrā et
hominē in die sexto de limo terre fecisset. Aspice quia
terra erat mat̄ ei. et uirgo erat. Virginem terram ēē
diximus. quia nec dū sententiā dampnationis acce
perat. ut spinas et tribulos germinaret. Nec ab huma
no sanguine. aut alicui sepultura uiolata fuerat. Dein